

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sammelhandschrift - Cod. Aug. perg. 106

[S.l.], [10. Jh.]

Augustinus, Contra mendacium (x.23-24)

[urn:nbn:de:bsz:31-1316](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-1316)

atq. ita conscribita memoriaeq. mandata ut non solum lectore uel auditore
 uerum & iam expositore opus habeat si quis in eis nondum super ficie
 contentus altitudinem quaerat

IN EXPONENDIS CONSIDERARE
 CONUENIT HAEC



XP̄E BOH̄E
E X LIBRO S̄CI ACUSTINI CONTRA PRISCILLIANIS
 TAS AD LOCUM. UBI DE TROPIS MIRE LOQUITUR

NON EST ERGO MENDATIUM. CUM SILENTIO ABSCONDITUR
 uerum. Sed cum loquendo pmittitur falsum. Iacob autem quod
 mare fecit auctore. ut patrem fallere uideretur si diligenter & fideliter
 attendatur non est mendatiū sed mysteriū. Quae si mendata dixerimus
 omnes & iam parabola ac figurae significandarum quarumq. rerum
 quae non ad propriam accipiendae sunt sed in aliud ex alio intellegendū
 dicuntur eē mendata quod absit omnino. **N** A C V qui hoc putat tropicis
 & iam tam multis loquutionibus potest hanc importare calumniam.
 ita ut nec ipsa quae appellatur mēaphora hoc est de propria ad rem non
 propriam uerba licuius usurpata translatio possit ista ratione mēdaciū
 nuncupari. Cum enim dicimus fluctuare segetes gemmas uites
 floridam iuuentutem niuem cantem. procul dubio fluctus gemmas
 florem niuem quia in his rebus non inuenimus quas haec uerba
 aliunde transtulimus ab istis mendacia putabuntur. Et per & xps & cor
 lapideum iudaeorum. & leo xps. & leo diabolus. & innumerabilia
 dicuntur eē mendata. Quicquid haec tropica loquutio. usq. ad eam
 puenit quae appellatur. **A** N T I P R A C I E. ut dicatur abundare qd
 non est. dicitur dulce quod acidum est. lucus quod non luceat pariter
 quod non parcat. unde illud est in scripturis scis. Si non in faciem
 benedixerit tibi quod diabolus. a t d nō de scō iob. & intelligitur maledi
 xerit. Quo uerbo & nabutan. fictum erimen a calumniantib; nomina
 tū est. Dicitū est enim quod benedixerit regi hoc est maledixerit
 H i omnes omodi loquutionū mendata putabuntur. Si loquutio uel
 actio figurata in mendacium deputabitur. si autem non est mendatiū.

Quando ad intelligentiam ueritatis aliud ex alio significantia referuntur.
perfecto non solum id quod fecit ait dixit iacob patri ut benediceretur. Sed neq.
illud quod ioseph uelut illudendis loquutus est fratribus. Nec quod dicit
simulauit insaniam & cetera huiusmodi mendacia iudicanda sunt. Sed locu-
tiones actionesq; prophetiae adaequae ueritatis sunt intellegenda referendae.
Nam id ipsum quod iacob fecit ad tunc. aedinis certe pellibus membra
contexit. Sicut autem proximum requiramus mentium putabimus hoc
enim fecit ut putaretur esse quod non erat. Si autem hoc factum ad illud
propter quod significandum reuera factum est referatur. per aedinas pelles
peccata. per uero qui esse operuit ille significatus est. qui non sua sed aliena
peccata portauit. EX LIBRO PRIMO. S. AUGUSTINI DE MUSICA.

AD ISO PRINCIPIO NUMERORUM CAPIAMUS CONSIDERATIONIS
exordium ut quamuis per infinitum numerus progrediatur. Articulos
quosdam homines innumerando fecerint a quibus ad unum rursus
redeant. quod est principium numerorum. innumerando enim progredimur
usq; ad x atq; inde ad unum reuertimur. at si denariam complicationem per-
sequi uelis. ut hoc modo progrediaris. x. xx. xxx. usq; ad centum est
progressio sicut denariam. c. cc. ccc. in mille est articulus quod redatur.
prima enim regula denario praescribitur. Nam ut decem decies habet
unum. ita centum decies habent eosdem decem. & mille decies habent centum.
& ita deinceps quousq; libitum est progredi. uirtus in huiusmodi quasi articu-
lus quod in denario numero praefinitum est. Hoc ergo quantum diligent
possumus perscrutemur. quatenam sit ratio ut ab uno usq; ad decem progressus
inde rursus ad unum reditus fiat. Vide abste quaero utrum quod
uocamus principium possit omnino nisi alicuius esse principium nullo
modo potest. Item quod dicimus finem potest nisi alicuius rei finis
esse. & iam id non potest quid a principio ad finem numputas pueniri posse
nisi per aliquod medium non puto. Ergo ut totum aliquid sit principium
& medium & fine constat ita uidetur. Dic itaq; nunc principium medium
& finis quonumero tibi continere uideantur. Arbitror ternarium
numerum. tria enim quaedam sunt de quibus quaeris quare in ternario
numero quandam esse perfectionem uides quia totus est. habet enim prin-
cipium medium & finem. Ideo omnem numerum. aut parum esse aut imparum.
Recordare ergo & dic mihi quem soleamus dicere parum quem imparum
numerum. An ille qui potest in duas partes aequales diuidi parum qui autem
non potest impar uocatur. Cum igitur ternarius primus sit totus
impar & principium enim & medium & fine constat ut dictum est nonne oportet
& quam parum esse totum atq; perfectum. Ut ne & iam principium medium finisq;
inueniatur oportet sane atq; iste quisquis est potest habere indiuiduum medium
sicut impar si enim haberet non possit in duas aequales partes diuidi